"Ouvrage précieux et bien exécuté, dont les exemplaires sont rares en France. Revient à 1200 fr. environ (£50)
Vernal

Book £25.

B. 100 00/100

ICONES
PLANTARUM RARIORUM.

EDITÆ

A

NICOLAO JOSEPHO JACQUIN

BOTANICES PROFESSORE.

VOL. I.

VINDOBONÆ

PROSTANT APUD CHRISTIANUM FRIDERICUM WAPPLER; *LONDINI* APUD B. WHITE ET FILIUM;
LUGDUNI BATAVORUM APUD S. ET J. LUCHTMANS; *ARGENTORATI* APUD A. KÖNIG;
BIBLIOPOLAS.

AB ANNO 1781 AD 1786.

Mo. Bot. Garden,
1893

PRÆFATIO.

A tempore, quo Floræ Auſtriacæ Hortoque botanico Vindobonenſi impoſui finem, non deſtiti examini ſubmittere ſtirpes rariores, cum in memorato horto Cæſareoque Schœnbrunnenſi novas hoſpites, tum in excurſionibus herbariis factas noviter obvias; quin genio indulgens et conſuetudini, plurimarum earundem figuras etiam pingendas curavi, quarum deinde ſculpturarum, impreſſarum, coloratarumque centurias primo in hoc iconum volumine duas offerre me poſſe credidi Rei herbariæ amatoribus; ut habeant veluti appendicem ad Floram Hortumque, quæ opera tanto exceperunt favore, ut nullum nunc eorum venale exemplar ſuperſit. Inſerui tamen etiam ſelectarum ſtirpium figuras plusculas, ab amicis benevole communicatas, quæ dum ornamentum huic operi non leve adferunt, ſpectarque ad illos omnis honor, propterea ad calcem explicatæ tabulæ nomen autoris legitur.

Deſcriptiones prolixas in Miſcellaneis meis adumbravi, inque Collectaneis adumbrare pergam, ut ob levius pretium plures ſibi comparare illas, ſi mereantur, poſſint; hic ſolas icones editurus. His tamen adjeci explicationem brevem, et compendioſe ſynonyma ſelecta; uſus etiam hic præter morem determinationibus ſic dictis ſpecificis, quas quidem alibi a me omiſſas, cum publica, tum privata admonitione, plures Botanici minime probare ſe teſtabantur. Horum igitur deſiderio factum eſt ſatis. Ego autem uti eram perſuaſus, eſſe illas in omni opere methodico quam maxime

neceſſarias, ſic in vago aliquo nullumque ordinem ſervante, ſi non ſuperfluas, certe eſſe parum utiles, exiſtimabam, dummodo deſcriptio accurata complecteretur omnes illas partes, ex quibus peti et concinnari qualiscunque talis determinatio poſſet. Abſterrebat non minus fluxa harunce determinationum conditio; nec enim aptæ natæ placere omnibus, nec etiam ob novas forte detegendas congeneres plantas ex ſe ſatis firmæ, jam ad arbitrium lubitumque, jam ex neceſſitate, potuiſſent vel debuiſſent mutari ab aliis. Ipſe ego in hoc opere exempla ſimilium mutationum luculenta dedi, qui nec propriis peperci antiquis determinationibus.

Syſtema Linnæi dum cito, intelligo editionem quartam & decimam, in qua multæ numerantur ſtirpes, in meo hoc opere, quod per faſciculos prodit, jam ante evulgatæ, nunc novæ. Occurrent etiam hic paucæ, apud alios Botanicos jam optimis iconibus illuſtratæ; at vero nec illis hoc nec vitio mihi verti poteſt. Ferme eodem tempore illæ fuerunt vulgatæ, inſciis alterius conſilii autoribus. Si damni quid inde patitur, qui eandem bis plantam emprurus eſt; et ſi nominum hinc enata noxia multiplicitas inevitabilis exſurgit; orietur tamen utilitas aliqua, ut comparari in perficiendis iconibus induſtria autorum, et dijudicari in deſcriptionibus ſcientia poſſit.

CON-

CONSPECTUS TABULARUM.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

Tab.

1 COSTUS ARABICUS. *Linn. fyst. Hill. hist. nat. Jacq. coll. vol.* 1. Tejana-kua. *Rheed. mal.* Caulis superior foliosus et floriferus. Caulis infimus aphyllus, adhærens tuberi radicis avulsæ. Inter utrumque pars desideratur sesquipedalis. Ad spicæ latus scorsim exhibetur Nectarii labium superius cum adnatis antheris et cum egresso ex basi ejusdem tubulosa stylo, avulso scilicet labio inferiori. Tum Corolla. Dein Nectarium integrum cum expanso labio inferiori. Tandem Germen, calyce coronatum, occultatumque utraque spatha. Idem cum sola spatha laterali angustiore. Et idem absque omni spatha. Infra ad latus conspicitur Capsula matura, calyce coronata, jamque dehiscens. Eadem seminibus delapsis vacua et contracta. Seminum adhuc cohærentium compages, primum lateraliter, dein interne delineata. Semen solitarium. Sistitur etiam plantula tenella, e semine enata, vix bimestris.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

2 WULFENIA CARINTHIACA. *Linn. fyst. Jacq. miscell. vol.* 2.
Tota planta florens. Scorsim Fructus et Corolla. *Wulfen.*

3 SALVIA SEROTINA, foliis ovatis cordatisque, crenulatis, mollibus; verticillis racemosis; bracteis minutis. *Linn. fyst. Arduin. spec.* 1. *Jacq. coll. vol.* 1.
Tota planta adulta cum delapsis jam ex caule calycibus fructescentibus. Flos auctus.

6 SALVIA VIRIDIS, foliis ovato-oblongis, crenatis; calycibus fructigeris fubreflexis. *Linn. fyft. Tourn. inft. Jacq. coll. vol. 1.*
Tota planta, fupra florens, infra jam fructefcens. Nuper cuidam ramofiorem vidi.

5 SALVIA VISCOSA, foliis oblongis, obtufis, crofe-crenatis, viicidis; floribus verticillatis; bracteis cordatis, acutis. *Linn. fyft. Jacq. miſcell. vol. 2.*
Caulis fere totus florens. Corolla.

8 SALVIA ABYSSINICA, foliis inferioribus lyratis; fummis cordatis; floribus verticillatis; calycibus mucronatis, ciliatis. *Linn. fyft? Linn. fuppl? Jacq. coll. vol. 1.*
Caulis florens, fere totus. Folium radicale. Aucta Flos, Stamen, Calyx fructefcens et Semen. Sæpiſſime hujus plantæ femina accepi, ſemper ſub dicto titulo. Maxime affinis eſt Salviæ pilofiçæ, foliis tamen diverſa; fed in Linnæanam abyſſinicæ determinationem deſcriptionemque minime quadrat.

7 SALVIA SPINOSA, foliis oblongis, repando-crenatis; bracteis cordatis, concavis, calycibuſque mucronatis. *Linn. fyft. Jacq. coll. vol. 1.*
Tota planta florens primi anni. Petalum. Semen.

TRIGYNIA.

8 PIPER MEDIUM, foliis ovatis, varius baſi cordatis, quinquenervibus, reticulatis; ſpicis gracilibus. *Jacq. coll. vol. 1.*
Ramulus florens. Spicæ pars aucta.

9 PIPER OBTUSIFOLIUM, foliis late ovatis, enervibus. *Linn. fyft. Jacq. coll. vol. 1.* Saururus humilis etc. *Plum. nov.*
Planta florens. Pars ſpicæ aucta.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

10 SCHOENUS UMBELLATUS, culmo teſquetro, foliofo; ſpicis umbellatis. *Jacq. coll. vol. 2.*
Tota planta. Floſculus auctus, ex duobus lateribus oppoſitis conſpectus.

DIGYNIA.

11 PASPALUM VIRGATUM, ſpicis pluribus, racemoſis, ad ortum villoſis; florum ordine quadruplici. *Linn. fyft. Jacq. coll. vol. 1.* Gramen dactylon maius etc. *Sloan. hiſt. jam.*
Culmi floccntia pars ſuperior, idemque inferior cum paucis fibris radicalibus, omiſſa parte intermedia. Spica antice propoſita, ut flores conſpici poſſint. Eadem aucta, floribus avulſis. Inferne ſpoliata. Flos ſingularis, maxime auctus. Similiterque auctum Semen.

12 PANICUM COLORATUM, panicula ramoſa, patentiſſima; calycis valvula exima acuminata; foliis ſubſagittatis. *Linn. fyft. Linn. mant.*
Tota planta, abſciſſis duobus culmis. Flos auctus.

13 PANICUM MAXIMUM, paniculum elongatum ramis racemoſis, patentibus; pedunculis plerisque ultra flores prodoctis. *Jacq. coll. vol. 1.*
Pars ſumma culmi florentis. Ejusdem pars infima cum radice. Flos auctus.

14 PHLEUM ASPERUM, ſpica cylindrica, compreſſa. *Jacq. coll. vol. 1.*
Tota planta. Flos auctus. Spicæ fectio tranſverſa, ut compreſſio ejusdem diſpoſitari poſſit.

15 PHLEUM SCHOENOIDES, culmo ramoſo, procumbente; ſpicis ovatis; vaginis foliorum patentibus. *Linn. fyft. Lamk. hiſp. Jacq. coll. vol. 1.* Gramen maritimum typhinum Tricoſtrotii etc. *Scheuch. agroſt.*
Planta tota florens. Flos auctus, auctaque Semina.

16 ACRO-

16 AGROSTIS TENACISSIMA, panicula contracta, filiformi, longissima; floribus muticis, linearibus. *Linn. fyst. Linn. suppl. Jacq. coll. vol. 1.*
Tota planta florens. Aucta Flos et Semen.

17 POA ABYSSINICA, panicula patula; spiculis oblongis, circiter quinquefloris; culmo geniculato, infirme procumbente, ramoso. *Linn. fyst. Jacq. miscell. vol. 2.*
Pars plantæ cum pluribus culmis. Spicula aucta.

18 POA PERUVIANA, panicula spicata; spiculis ovatis; caulibus procumbentibus foliisque hirsutis. *Jacq. coll. vol. 1.*
Tota planta. Spicula in magnitudine naturali, eademque aucta.

19 POA DISTICHA, spica disticha, terminali, hinc convexula, illinc plana. *Linn. fyst. Jacq. miscell. vol. 2.* Scleria *Hall. hist. num. 1443.*
Tota planta cum tribus spicis antice, unica dorso conspectis. Ad latus scorsum aucta valvula corollæ interior, dorso cariatis binis ciliatis peteusa. Dein flosculus ter diversimode auctus. Tandem spica a tergo visa. *Wulfen.*

20 CYNOSURUS SPHÆROCEPHALUS, bracteis integris, lacero-dentatis; spicis globosis, *Linn. fyst. Jacq. miscell. vol. 2.* Scleria sphærocephala. *Arduin. spec. 1.*
Tota planta, alia floribus cæruleis, alia iisdem albis. *a)* Spicula. *c)* Corolla. *b)* Eadem aucta. *d)* Pistillum auctum. *Wulfen.*

21 CYNOSURUS CÆRULEUS, bracteis integris, lacero-crenatis; spica oblongo-ovata. *Linn. fyst. Jacq. miscell. vol. 2.* Scleria cærulea. *Scop. carn. Arduin. spec. 1. Allion. pedem. Hall. hist. helv. anno. 1446.* Gramen glumis variis. *Bauh. pin. et prodr. Schmidel. agrostr.*
Tota planta. Culmus transverse fractus. *a)* Calyx naturalis et auctus. *b)* Corolla naturalis et aucta. *d)* Spicula. *c)* Eadem expansa. *e)* Corolla cum germine. *h)* Flosculus totus. *f)* Pistillum naturale et auctum. *g)* Pars infima spicæ cum Bracteis. *Wulfen.*

22 CYNOSURUS DOMINGENSIS, panicula ramis simplicibus; spiculis subseptilibus, subquinquefloris; flosculis omnibus aristatis. *Linn. fyst. Jacq. miscell. vol. 2.*
Culmus floreus totus cum radice. Spicula aucta.

23 AVENA STERILIS, paniculata, ramis plerisque unifloris; calycibus quinquefloris; exterioribus flosculis aristatis hirtisque pilosis, interioribus muticis. *Linn. fyst. Jacq. coll. vol. 1. Egilops monstruosa. Petiv. gaz.* Gramen avenaceum maximum etc. *Magn. bot.*
Culmus totus florens cum radice. Spicula aucta. Semen.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

24 SCABIOSA MONSPELIENSIS, corollulis quinquefidis, æqualibus, calyce brevioribus; tota hirsuta; foliis inferioribus pinnatis, summis pinnatifidis. *Jacq. miscell. vol. 2.*
Caulis florens. Corollulæ seorsum.

25 RUBIA FRUTICOSA, foliis perennantibus, lineari-lanceolatis, ad oras retrorsum aculeatissimis; caule fruticoso. *Jacq. coll. vol. 1.*
Caulis ramosi florentisque pars, in quo asperitas, tactu quidem notabilis, sed oculo nudo vix percipienda, exprimi non potuit. Fructus et Semen.

26 PLANTAGO MAXIMA, foliis villosulis, lanceolatis quinquenervibus, et latissime lanceolato-ovatis multinerviisque; spica cylindrica; scapo tereti. *Jacq. coll. vol. 1.*
Pars radicis cum integro florente scapo. Folia varia. Tantilla villositas est, ut exprimi in figura non potuerit.

27 PLANTAGO CORNUTI, foliis pinnatis; pinnis lanceolatis et distantibus; scapo teretiusculo; stylis longissimis; filamentis brevissimis. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2.*

Tota planta. Flos auctus.

28 PLANTAGO ÆGYPTIACA, caule ramoso, herbaceo, decumbente; foliis linearibus, integerrimis; capitulis longe pedunculatis, laxis. *Jacq. coll. vol. 2.* Plantago squarrosa. *Linn. syst.* Kalli tertium. *Alp. ægypt.* Kalli ægyptiacum. *Bauh. pin.*

Planta florens cum abscissis pluribus ramis.

29 DIODIA VIRGINICA. *Linn. syst. Gron. virg. Jacq. coll. vol. 2.*

Florens et jam simul fructescens tota planta. Flos auctus, in quo stamina et stigmata repræsentantur, qualia primo anno, quo in horto habui, fere obtinuerunt. Subsequis autem annis filamenta alba et erecta corollam longitudine ipsam æquarunt perpetuo omnia, et stigmata patebant. Nec poterant hæc corrigi in tabula jam impressa coloratasque. Dein Fructus dilitur maturus; ejusdem dimidii sectio transversa; et Semen.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

30 ECHIUM CANDICANS, caule arboreo; ramis villosis, albicantibus; foliis lanceolatis utrinque acutis, hirsutis, remoto-nerviis; panicula terminali, pedicellis spicatis. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 1.*

Ramulus florens ex planta juniore: nam in planta nunc fexennii panicula triplo amplior longiorque est; tum quidem truncus triplo crassior, quam ejus hic fructum depingitur. Folium majus.

31 TOURNEFORTIA CYMOSA, foliis lanceolatis, integerrimis, asperiusculis, petiolatis; spicis cymosis. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 2. Brown. jam. nova. 2.* Heliotropii fiore frutex etc. *Sloan. hist. jam. 2.*

Ramus florens.

32 CORTUSA MATTHIOLI. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 1. Gmel. sib. 4. Bauh. hist. Dalech. hist. Allion. pedem. Chaf. hist.* Sanicula alpina. *Tabern.* Caryophyllata Veronensium. *Lobel.*

Planta tota. Corolla disciffa et expansa. *Boulon.*

33 LISIANTHUS GLAUCIFOLIUS, foliis oblongis, sessilibus; pedunculis unifloris. *Jacq. coll. vol. 2.*

Tota planta florens. Pistillum. Capsula. Semina.

34 CONVOLVULUS FLORIDUS, frutescens; foliis lanceolato-linearibus; floribus paniculatis; capsula unilocularis, monosperma. *Linn. syst. Jacq. coll. 1.*

Ramus florens. Capsula calyce comprehensa. Semen. Capsula aucta, dempto calyce.

35 IPOMOEA LUTEOLA, foliis cordatis, acuminatis, subangulatis; pedunculis primum dichotomis, dein racemosis. *Jacq. coll. vol. 2.*

Caulis floreniis pars summa.

36 IPOMOEA HEDERACEA, foliis trilobis quinquelobisve, cordatis; pedunculis unifloris. *Jacq. coll. vol. 2.*

Ramus florens. Pedunculus fructescens. Semen.

37 LONICERA TARTARICA, pedunculis bifloris; bacris distinctis; foliis cordatis. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 1. Fall. rosc.* Chamæcerasus fructu gemino etc. *Amm. ruth.*

Ramus florens. Semen. Fructus.

38 PHYSALIS PROSTRATA, ramosissima, diffusa, prostrata; foliis ovatis, repandis; caule ramisque teretibus, hirsutis. *Jacq. coll. vol. 3. Herit. stirp.*

Pars plantæ cum radice. Capsula fructescens. Bacca. Semina.

39 PHY-

39 PHYSALIS BARBADENSIS, ramosissima; foliis cordatis, villosis; calycibus fructescentibus pendulis, ovatis, acutis, pentagonis. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2.*

Tota planta. Baccæ.

40 SOLANUM CORYMBOSUM, caule inermi, fussruticoso; foliis ovato-lanceolatis, acutis; pedunculis florentibus corymbosis. *Jacq. coll. vol. 1.*

Caulis florens. Racemulus fructescens.

41 SOLANUM ACULEATISSIMUM, caule aculeatissimo, hirto, fussruticoso; foliis cordatis, lobatis, dentatis, acuminatis. *Jacq. coll. vol. 1.*

Caulis pars superior.

42 SOLANUM FUSCATUM, caule aculeato, annuo, partim procumbente; foliis ovatis, lobatis sinubus lobisque obtusis; aculeis utrinque rectis, in superiore pagina coloratis. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 2.*

Ramus florens. Fructus nedum perfecte maturus.

43 SOLANUM COCCINEUM, caule aculeato, fruticoso; foliis ovatis, subrepandis, uno alterove aculeo armatis; subtomentosis. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2.*

Caulis pars cum ramis florentibus et fructescentibus.

44 SOLANUM STRAMONIFOLIUM, caule aculeato, fruticoso; foliis cordatis, acute lobatis, aculeatis, subvillosis; calycibus inermibus. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2.*

Ramus florens, cujus in dorso delineatur folium majus.

45 SOLANUM MARGINATUM, caule aculeato, fruticoso; foliis cordatis, lobato-repandis, junioribus margine supra albis. *Linn. syst. Murr. comment. gott. Jacq. coll. vol. 2.*

Ramus florens. Fructus, idemque transverse dissectus.

46 SOLANUM LYCIOIDES, caule spinoso, fruticoso; foliis ellipticis. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 2.*

Ramus cum floribus et fructu.

47 CYRILLA RACEMIFLORA. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 2.*

Ramus florens. Flos a dorso, idemque a facie conspectus, auctus.

48 ELÆODENDRON ORIENTALE. *Linn. syst. Act. holv. vol. 9.*

Ramulus florens. Idem ex eadem arbore junione, nedum florente. Pedunculus florens auctus. Drupa. Nux. Drupa transversim secta. Jam ante aliquot annos filius meus novum hujus fructus descriptionem cum Societate Helvetica physico-medica communicaverat, anno Actorum ejusdem voluminis, uti fertebatur, brevi edendo, inserendam; quod tamen nedum vulgatum novi.

49 RIBES PETRÆUM, inerme; racemis florentibus erectis, fructescentibus pendulis. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2.*

Ramus florens. Idem fructescens. Corolla dissecta et expansa. Pistillum. *Wulfen.*

50 VITIS VINIFERA, foliis lobatis, sinuatis, nudis. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 1.*

Sylvestris autriaca planta: ramus florens, idemque fructescens.

51 CELOSIA PROCUMBENS, caulibus decumbentibus, hirsutis; foliis longe lanceolatis; pedunculis longissimis, aphyllis; pedicellis spicatis. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2. Murr. comm. gott.* Gomphrena interrupta. *Linn. syst. Herit. stirp.*

Planta cum uno caule, abscissis reliquis. Flos auctus. Illustris L'Heritier Gomphrenam Linnæi interruptam side Linnæi filii asserit; sed nemo hanc plantam Celosias inter Linnæanas, ex caule quidem erecto donatas, quæsivisset. Etiam in cataclis nostris sæpe radix perennat.

52 NERIUM CORONARIUM, foliis lanceolatis; caule dichotomo; pedunculis unisloris, ex ramorum dichotomia geminis. *Jacq. coll. vol. 1.*

Ramus florens. Pedunculus avulso calyce Pistillum efferens. Pars dissecti longitudinaliter tubi corollæ cum setis superstitibus staminibus.

53 ECHITES DOMINGENSIS, pedunculis subtrifloris; foliis ovato-oblongis, scabriusculis. caule volubili. *Jacq. coll. vol. 5.*
Ramus florens, pendulus.

DIGYNIA.

54 CYNANCHUM EXTENSUM, caule volubili, herbaceo; foliis reniformi-cordatis, acutis; petalis hirsutis. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2.*
Pars caulis florigeri. Aucta Nectarii compages cum inclusis genitalibus. Magis auctus Pistillum cum adhærentibus nectarii squamis saccatis.

55 ERYNGIUM ALPINUM, foliis inferioribus cordatis, superioribus partitis; capitulis oblongis; involucri polyphyllis foliolis serrato-spinosis; paleis setaceis, trifidis. *Linn. syst. Scop. carn. Allion. pedem. Tourn. inst. Bauh. hist. et pin. Hall. hist. helv. num. 736.*
Caulis florens. Semen. Idem transverse sectum auctumque.

56 BUPLEURUM PETRÆUM, scapo simplicissimo, involucellis polyphyllis, universali pentaphyllo; foliis radicalibus lanceolato-linearibus. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 1. Ger. gallopror. Hall. hist. helv. num. 773.* Bupleurum alpinum foliis angustis etc. *Seg. veron. vol. 2.* Sedum petræum etc. *Pon. apud cluf.* Perfoliata alpina angustifolia minor. *Bauh. pin. Pluk. phytogr.*
Planta tota florens. Flos intus conspectus. Idem a latere. Fructus. *Wulfen.*

57 ATHAMANTA MATTHIOLI, foliis supradecompositis; foliolis subsetaceis, glabris; radice perenni. *Jacq. coll. vol. 1.* Libanotis rupestris. *Scop. carn.* Meum athamanticum. *Matthiol. in Dioscor.* Meum Matthioli. *Dalech.*
Tota planta foliis radicalibus caulibusque paucis abscissis. Flos auctus. Umbella expansa. *Wulfen.*

58 LASERPITIUM ARCHANGELICA, foliolis ovatis, serratis, subtus hirsutis, integris vel bipartitis; extimis tripartitis. *Jacq. coll. vol. 1.* Laserpitium chironium. *Scop. carn.* Archangelica. *Cluf. Pedem. Dalechamp. Bauh. hist. Tabern.*
Caulis florentis pars superior. Radix cum caulis parte infima et folio radicali truncato. Fructus. Corolla. *Wulfen.*

TRIGYNIA.

59 SAMBUCUS RACEMOSA, racemis compositis, ovatis; caule arboreo. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 1. Bauh. pin. Bauh. hist. Allion. pedem. Lob. ic. Hall. hist. num. 672.*
Ramulus florens. Idem fructiferus. Flos auctus. Semina.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

60 BROMELIA HUMILIS, foliis patentibus, rigidis; floribus aggregatis, sessilibus; axillis bilomiferis. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 1.*
Planta tota, longitudinaliter dissecta. Fructus maturus. Spatha latus spectata. Spatha cum flore. Germinis pars summa cum stylo. Corollæ foliolum cum suis staminibus.

61 LACHENALIA TRICOLOR. *Linn. syst. Act. helv. vol. 9.*
Tota planta florens.

62 ALIUM RAMOSUM, *Linnæi?* an vero ALLIUM OBLIQUUM ejusdem! an tandem nova species? Utraque determinatio Linnæana in hoc quadrat; at neutra convenit Gmelini figuræ. Hinc dubius hæreo. *Jacq. miscell. vol. 2.*

Caulis florentis pars superior, et inferior cum radice. Flos leporinus.

63 ALBUCA ALTISSIMA, petalis interioribus apice glandulosis et patentibus; foliis canaliculato-convolutis et sigmoideo-subulatis. *Act. suec. nov. vol. 5. Jacq. coll. vol. 2.*

Tota planta florens. Pistillum auctum. Capsula. Semen. Flos avulsis petalis exterioribus. Petalum interius. Genitalia avulsis omnibus petalis, quando filamenta seria fertilia elastice patent, sterilia erecta persistunt. Stamen flexile. Pistillum in magnitudine naturali.

64 ALBUCA ABYSSINICA, petalis apice fornicatis; foliis glabris; bracteis flore longioribus. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 1. Act. suec. nov. vol. 5.*

Tota planta florens. Pistillum. Genitalia avulsis petalis. Squama cum filamento.

65 SCILLA HYACINTHOIDES, racemo laxo; corollis semicampanulatis. *Jacq. coll. vol. 1. non Linn. syst.*

Tota planta florens. Pistillum. Capsula. Semen. Æque Hyacinthus quam Scilla vocari potest, utroque modo nova species; ab illo diversa poro nullo nectarifero in germine et corolla vere hexapetala; ab hac vero corolla ad medietatem usque campanulata.

66 HYACINTHUS VIRIDIS, corollarum exterioribus laciniis subulatis, longissimis. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2. Murr. comm. gotting.*

Tota planta florens.

TRIGYNIA.

67 RUMEX GLAUCUS, floribus hermaphroditis; valvulis nudis; foliis cordato-hastatis; caule suffruticoso. *Jacq. coll. vol. 1.*

Tota planta florens et fructescens in primo ætatis angulo. In subsequis ramosissima evadit, caulibus etiam procumbentibus. Nimium affinis Rumici scutato.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

68 STELLERA PASSERINA, foliis lineari-lanceolatis; corollis quadrifidis. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 1. Allion. pedem. Passerina. Bauh. hist.* Linaria altera botryoides. *Col. ecphr.* Lithospermum linariæ folio. *Bauh. pin.*

Tota planta cum floribus et fructibus. Semen auctum. Idem in magnitudine naturali. Flos auctus.

TETRAGYNIA.

69 HALORAGIS ALATA, fructu quadrialato. *Jacq. miscell. vol. 2.* Forster. *gen.* Tetragonia ivæfolia. *Linn. syst.* Cercodia erecta. *Murr. comm. gott.*

Caulis pars superior. Tum quæ sequuntur, omnia ad microscopium maxime aucta. Flos. Pistillum cum calyce. Fructus bis. Idem transversis sectus. Nux.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

70 **CASSIA SENNOIDES**, foliis tejugis; foliolis obverse ovatis; glandula obtusa inter infima; siliquis subulatis; caule arboreo. *Jacq. coll. vol. 1.*
Ramulus florens. Folium expansum.

71 **CASSIA RUSCIFOLIA**. foliis sejugis; foliolis lanceolatis, acutis, glabris; glandula supra basin coste; pedunculis multifloris. *Linn. fyst. Jacq. coll. vol. 1.*
Ramus florens, Legumen. Semen.

72 **CASSIA MULTIGLANDULOSA**, foliis sejugis; foliolis obtusis, subtus ut ad oras villosis; glandula inter omnia foliolorum paria. *Linn. fyst. Jacq. coll. vol. 1.*
Ramus florens. Legumen. Semen.

73 **CASSIA CHINENSIS**, foliis pinnatis ex quatuor ad septem paribus; foliolis lanceolatis; glandula supra basin coste; legumine transverse costato. *Jacq. coll. vol. 1.*
Ramus florens. Foliolum ex caulinis majoribus. Legumina. Semen.

74 **CASSIA CRISTA**, foliis pinnatis ex septem ad novem paribus; foliolis oblongis, obtusis; glandula teretc et obtusa inter infima. *Jacq. coll. vol. 1.*
Ramus florens.

75 **SCHOTIA SPECIOSA**. *Jacq. coll. vol. 1.* Theodora speciosa. *Medic.* Guajacum afrum. *Linn. fyst.* Acacia africana etc. *Walt. hort.* Arbor alta, acacie similis, etc. *Boerh. ind.*
Ramus florens. Flos. Idem praeter naturam expansos, ut genitalia apparerant. Pistillum cum calycis tubo, longitudinaliter sectio.

76 **RUTA LEGITIMA**, foliolis lineatibus, acutis; petalis erectis, imberbibus. *Allion. pedem. Jacq. coll. vol. 1,* Ruta montana. *Clus. hist.*
Caulis fere totus. florens.

77 **DAIS LAURIFOLIA**, floribus decandris; foliis lanceolatis, acutis. *Jacq. coll. vol. 1.*
Trunci pars cum ramulis florentibus. Pars corollæ longitudinaliter dissecta. Flos. Germen cum parte styli auctum.

78 **RHODODENDRON PONTICUM**, foliis nitidis, lanceolatis, utrinque glabris; racemo umbellato, terminali. *Linn. fyst. Tourn. it. Jacq. coll. vol. 2.*
Ramus florens. An diversa species a Rhododendro pontico. *Pall. fl. r. ruff. pag. 42. tab. 29?*

79 **ANDROMEDA LUCIDA**, racemis secundis, nudis, patentissimis; corollis subcylindricis; foliis integerrimis, lucidis. *Jacq. coll. vol. 1.*
Ramus florens.

DIGYNIA.

80 **SAXIFRAGA STOLONIFERA**, foliis subrotundis, basi cordatis, crenatis; farmentis axillaribus; corollis inæqualibus. *Jacq. miscell. vol. 2. Act. nat. curs. vol. 3.* Saxifraga farmentosa. *Linn. fyst. Thun. japon.* Saxifraga ligulata. *Murr. comm. gott.* Sekika. *Kæmpf. amæn.*
Tota planta florens, radice excepta.

81 **SAXIFRAGA PETRÆA**, foliis palmato-tripartitis, laciniis subtrifidis; caulibus adscendentibus, ramosissimis, laxis; pedunculis elongatis. *Linn. fyst. Jacq. coll. vol. 1. Fox. apud Clus. Sg. ver.* Saxifraga tisoides alpina etc. *Pluk. alm.*
Planta integra florens. Alia superius posita, foliis plerisque integris, varietas priorie. *Wulfen.*

82 **DIANTHUS SYLVESTRIS**, caulibus subunifloris; squamis calycinis subovatis, brevissimis; corollis acute multicrenatis; foliis subulatis, supra sulcatis. *Jacq. coll. vol. 1.*
Minus specimen repræsentat plantam florentem communiori habitu. Major ejusdem varietatem minus frequentem. *Wulfen.*

TRI-

TRIGYNIA.

83 ARENARIA BIFLORA, foliis obverse ovatis, obtusis, basi ciliatis; caulibus procumbentibus, ramosissimis; pedunculis lateralibus, subbifloris; petalis calyce longioribus. *Linn. fyst. Jacq. coll. vol. 1. Allion. Hall. hist. helv. num. 877.*
Tota planta florens; minus et major specimen. *Wulfen.*

PENTAGYNIA.

84 LYCHNIS GRANDIFLORA, floribus axillaribus terminalibusque, solitariis; petalis inæqualiter crenatis. *Jacq. coll. vol. 2.*
Ramus florens.

DODECANDRIA.

TRIGYNIA.

85 EUPHORBIA CLAVA, inermis, fruticosa; foliis spathulato-linearibus; pedunculis axillaribus, umbelliferis, bracteatis. *Jacq. coll. vol. 1.* Tithymalus aizoides africanus, etc. *Commel. rar.*
Tota planta florens. Flos auctus. Capsula. Semen.

86 EUPHORBIA LINIFOLIA, fruticosa, inermis; foliis sparsis, lanceolatis, mucrone innocuo terminatis; terminalibus ternis. *Jacq. coll. vol. 2.*
Ramus florens et fructescens. Flos auctus.

87 EUPHORBIA DIVARICATA, umbella trifida vel quadrifida; caule fruticoso, trichotomo. *Linn. fyst. Jacq. coll. vol. 1.*
Ramus florens. Flos auctus.

88 EUPHORBIA DIFFUSA, umbella quadrifida vel quinquefida, dichotoma; caule diffusissimo; foliis cuneiformibus, integerrimis, alternis. *Linn. fyst. Jacq. miscell. vol. 1.*
Planta florens junior. Ejusdem adultæ ramulus. Flos auctus. Semen auctum.

89 EUPHORBIA CHARACIAS, umbella multifida, bifida; involucellis perfoliatis, emarginatis; foliis integerrimis; caule fruticescente. *Linn. fyst. Jacq. coll. vol. 1. Alion. pedem. Clus. hist. Bauh. pin.*
Caulis pars summa, florere incipientis, cum mediis floribus sterilibus. Ad latus umbellula jam bifida cum floribus fertilibus. Flos sterilis auctus.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

90 PRUNUS CHAMÆCERASUS, pedunculis ab unico ad quinque, umbellis sessilibus; foliis lanceolatis, utrinque glaberrimis. *Jacq. coll. vol. 1. Clus. hist.* Cerasus pumila. *Bauh. pin.* an Prunus fruticosa. *Pall. rosс.?* Obilas florum fructuumque color, tum horum magnitudo.
Ramus florens. Ramulus cum fructibus maturis. Nux.

POLYGYNIA.

91 POTENTILLA OPACA, foliis radicalibus septenatis et novenis; foliolis oblongis, ineisoserratis, pilosis; caulibus filiformibus, pilosis, decumbentibus. *Linn. fyst. Jacq. coll. vol. 1.* Pentaphyllum etc. *Bauh. hist. Ger. emac.* Quinquefolii quarti secunda species. *Clus. hist.* Quinquefolium minus, etc. *Bauh. pin.*
Tota planta florens cum pluribus abfcissis caulibus foliisque.

96 POTENTILLA ASTRACANICA, foliis radicalibus et caulinis infimis quinatis; caulibus dichotomis, villosis, basi procumbentibus. *Linn. fyst. Jacq. miscell. vol. 2.*
Caulis florens.

97 GEUM ALEPPICUM, floribus erectis; fructibus oblongis, hirsutis; arista uncinatis, nudis; foliis pinnatis caulesque hirsutis. *Jacq. coll. vol. 1.*
Pars maxima caulis. Folium caulinum infimum. Folium radicale.

98 GEUM HYBRIDUM, flore nutante; calyce foliolo, corollam polypetalam excedente. *Linn. fyst. Jacq. miscell. vol. 2.* Caryophyllata montana tertia. *Clus. hist.*
Tota planta florens. Petalum. Flos a tergo visus. *Waldst.*

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

95 CISTUS CRETENSIS, arborescens, exstipulatus; foliis spathulato-lanceolatis, subpetiolatis, cinereis, scabris; calycinis foliolis lanceolatis, subaequalibus. *Linn. fyst. Jacq. coll. vol. 1, Tourn. it. Buxb. cent. Bauh. pin.* Ladanum creticum. *Alp. exot. Alp. hist. aegypt.*
Ramus florens.

96 CISTUS SYRIACUS, fruticosus, exstipulatus, erectus; foliis lanceolatis, ■ ovatis revolutis; floribus racemosis. *Linn. fyst. Jacq. coll. vol. 1.*
Tota planta florens.

97 CISTUS CANARIENSIS, fruticosus, stipulatus, procumbens; foliis subovatis, alternis et oppositis; racemis erectis. *Linn. fyst. Jacq. miscell. vol. 2.*
Tota planta florens. Fructus.

98 CISTUS FOETIDUS, fruticosus, stipulatus, procumbens; stipulis lanceolatis; foliis oblongis, hirsutis, scabris. *Linn. fyst. Jacq. miscell. vol. 2.*
Ramus florens. Capsula.

99 CISTUS MUTABILIS, fruticosus, stipulatus, procumbens; stipulis lanceolatis; foliis oblongis, glabris, planis. *Linn. fyst. Jacq. miscell. vol. 2.*
Ramus florum cum parte caulis. Varietas floribus rubris.

DIGYNIA.

100 POTHERGILLA GARDENI *Jacq. coll. vol. 1.* Spiraea alnifolia. *Linn. fyst.*
Ramus florens. Flos auctus. Genitalia aucta. Pistillum auctum.

TRIGYNIA.

101 DELPHINIUM URCEOLATUM, nectariis diphyllis; labellis bifidis, apice barbatis; foliis palmatis, urceolatis. *Jacq. coll. vol. 1.*
Caulis superior pars florentis petma vice; nam subsequis annis racemus evadit quadruplo longior, et ex alis foliorum superiorum etiam racemi breviores egrediuntur. Capsula. Semen.

PENTAGYNIA.

102 AQUILEGIA VIRIDIFLORA, nectariis rectis, flamulaibosque, petali lanceolati longitudine. *Linn. fyst. Jacq. miscell. vol. 2. Murr. comm. goett.*
Planta florens. Capsula.

POLY-

103 ANEMONE FRAGIFERA, pedunculo nudo; seminibus subrotundis, lanatis, muticis; foliorum laciniis acutis, lanceolatis. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2.* Anemone etc. *Hall. hist. helv. num. 1251.* Anemone alpina alba minor. *Bauh. pin. et prodr.*
Tota planta florens. *Wulfen.*

104 CLEMATIS ANGUSTIFOLIA, erecta; foliis pinnatis, recurvis; folíolis lineari-lanceolatis; floribus polypetalis. *Jacq. coll. vol. 1.* Clematis hexapetala. *Pall. it.*
Caulis florentis pars superior. Fructus.

105 RANUNCULUS CANADENSIS, foliis ternatis, trifidis, incisis, subtus pilosis; caule erecto; calycibus reflexis. *Jacq. miscell. vol. 2.* Ranunculus pentsylvanicus. *Linn. syst.*
Caulis florens et fructescens. Semen.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

106 LAVANDULA PINNATA, foliis petiolatis, pinnatis; folíolis cuneiformibus; spicis imbricatis. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2. Linn. diss. de Lavand.*
Ramus florens.

107 STACHYS LANATA, verticillis multifloris; foliis lanatis; caulibus basi procumbentibus et radicantibus *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2.*
Caulis florens.

108 STACHYS CANARIENSIS, verticillis sexfloris; foliis cordatis, villosis, crenatis; caulibus suberectis; calycibus fructescentibus campanulato-patentissimis. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 1.*
Caulis florens.

109 MARRUBIUM ASTRACANICUM, foliis ovatis, crenatis, tomentosis, rugosissimis; dentibus calycinis subulatis; laciniis corollæ superioribus acutis. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2.*
Caulis florens.

110 PHLOMIS CARIBÆA, foliis ovato-lanceolatis, villosis; verticillis subrotundis, densissimis; involucris setaceis, hirsutis; caule herbaceo. *Jacq. coll. vol. 1.* Hlinopodium martinicense. *Jacq. hist. amer.*
Caulis florens. Radix. Flos auctus.

111 PHLOMIS ZEYLANICA, foliis lanceolatis, subserratis vel integerrimis; verticillis subterminalibus; calycibus obsolete dentatis. *Linn. syst.* Clinopodium hyssopi laticribus foliis maderaspatanum. *Pluken. phyt.* Herba admirationis. *Rumph. amb.*
Tota planta florens. Citavi in tabula volumen tertium Miscellaneorum; at omisi hic descriptionem, utpote superfluam post editam illam, quæ legitur nunc in systemate Linnæi.

112 DRACOCEPHALUM AUSTRIACUM, floribus spicatis; foliis bracteisque linearibus, partitis, mucronatis. *Linn. syst. Jacq. coll. vol. 1.* Hyssopus austriacus. *Therm. lugd.* Buyschiana. *Boerh. lugd. Amm. ruth.* Chamæpitys austriaca. *Clus. hist. Best. eyst. Bauh. pin. Riv. monop. Pluken. alm.*
Planta tota florens ex sylvestribus majoribus. Stamina. Calyx utrinque conspectus. Anthera aucta. Semen.

113 HYPTIS VERTICILLATA, floribus verticillatis. *Jacq. coll. vol. 1.*
Ramus florens. Pars trunci. Flos auctus. Calyx auctus.

114 HYPTIS CAPITATA, floribus capitatis. *Jacq. coll. vol. 1.* Medulla altissima globularia. *Plum. ic.*
Ramus florens. Pars trunci. Corolla cum genitalibus aucta. Calyx auctus.

ANGIOSPERMIA.

115 **PEDICULARIS ROSEA**, caule simplici; foliis pinnatis; pinnis acute incisis; calycibus hirsutis: *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2.*

Planta tota florens. *Wulfen.* Altioni pedicularis flor. pedem. num. 227. videbar mihi ex determinatione non minus quam ex figura omnino esse hanc meam. In Pediculari hirsuta Linnæi, cujus plura specimina egregius Heinke mihi ex Bohemia attulit, observo pinnarum laciniis obtusissimas. Pedicularis *Ausonii* rach. num. 41, quæ etiam cum prioribus confunditur, differt manifeste foliis omnino bipinnatis cum pinnulis præterea incisis ipsis, tum etiam caule toto collisque valde sanguineis, quam pro nova specie habeo.

116 **ANTIRRHINUM VERSICOLOR**, foliis lineari-lanceolatis; inferioribus ternis; caule erecto, spicato. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2.*

Tota planta florens. Capsula aucta.

117 **ANTIRRHINUM HIRTUM**, foliolis lanceolatis, hirtulis, alternis; floribus spicatis; foliolo calycino supremo maximo. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2.*

Tota planta florens. Capsula.

118 **CITHAREXYLUM VILLOSUM**, foliis villosis. *Jacq. coll. vol. 1.*

Ramus florens propendulus. Flos auctus.

119 **RUELLIA PATULA**, frutescens, villosa, viscosa; foliis ovatis, integerrimis; floribus axillaribus, aggregatis. *Linn. syst. Jacq. miscell. vol. 2.*

Caulis pars summa florentia, et fructibus immaturis onusta. Capsulæ. *Semina.*

TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

120 **MYAGRUM ARBORESCENS**, caule arborescente. *Jacq. coll. vol. 1.* Crambe frutescens. *Linn. syst.*

